



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

5. Belli malè ominatum nomen.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45699

*Addunt se in spatia: & frustra retinacula tendens
Fertur equis auriga, neque audit curvus habenas.*

Leſta hæc carmina, mox in vernaculos rhythmos ita dexterè tranſtulit, ut cum Latinis Germanica de gratia certarent. Ego, ut Poëtæ ſimilitudinem de indomitis equis currum rapientibus, auriga licet renitente, explicarem; cum Salluſtius dixi: *Omne bellum ſumitur facile, caterùm ægerrimè deſinit. Non cuius in poteſtate initium, eius & finis eſt.* Nam ut prudenter ſcripſit Polybius, quem admodum ſi quis ſilvæ ſemel accenderit, non ampliùs ad ipſius arbitrium fertur incendium, ſed depaſcitur, quidquid deprehenderit, ventuſq; regitur, & ſubiecta ſilvæ conſumptione; ac ſæpenumero ipſum incendioſum cum primis, præter expectationem, corripit. Ad eum modum & bellum, ſi ſemel à nonnullis excitatum exarſerit, tum quidem illoſ primùm perdit, poſtea verò fertur iniuſte, ſingula, quæ incidunt, perdens, agitatum temeritate, & ab ignorantia accedentium, velut à ventis inſflatum. Itaque malum quoddam eſt bellum, & grande malum, & malum incendio ſilvæ par, quod facilius eſt accendere, quàm extinguere. Neque enim prælium dumtaxat, aut conſictus armorum, ſed etiam profeſſio illa & durabilis voluntas aduerſariæ partivi & armis nocendi, bellum nuncupatur.

Veteres Poëtæ, qui rerum vim ac naturam ſagaciſſimè perſpexerunt, & aptiſſimis ſigmentis adaptarunt adumbraruntque, tradidèrè bellum ab inferis immitti, idque Furiarum miniſterio: neque quamlibet Furiam ad hoc negotij conſciendum eſſe idoneam. Putarunt enim deligi omnium peſtilentiſſimam, cui nomen mille, *Mille nocendi artes*: quæ innumeris armata colubris Tartaræa buccinâ præcinat. Dehinc, apud eoſdem Pan inſano tumultu complet vniuerſa. Bellona furioſum quatit flagellum. Furoſ impius, ruptis omnibus vinculorum nodis, euolat horridus ore cruento. Grammatici, & cum illis D. Hieronymus, bellum *ἀντιλογον* dictum volunt, quòd nihil habeat neque bonum, neque bellum: nec alia ratione bellum eſſe bellum, quàm ſit lucas, qui minimè lucet, Parcæ, quæ minimè parcunt; aut Furie Eumenides. Alij malunt cum Feſto bellum à belluâ deductum, quòd belluarum ſit, non hominum, in mutuam exitium congregi. Hinc illæ exclamationes:

M m m m

Qm

Salluſt. in Iugurtha.
Polyb. lib. 10. hiftorias.

V.
Eraſm. Chriſt. liad. 4. cent. 1.

D. Hieronymus ep. 127. ad Fabiolam.

Tull. lib. 1.
eleg. 10.
Lucan. lib. 4.
Pharsal.

VI.

Faustus An-
drelinus in
Ditichis.

Iob. 1. 12.

Math. 10. 30.

Apos. 12. 12.

Ierem. 47. 2.

Quis furor est, atram bellū accerere mortem?

Hec miseri, qui bella gerunt!

Tanti itaque huius mali causam alij inferis, alij superis ascribunt; putant enim Furias esse & Bellonas, veriùs dixissent, damnatos Angelos esse, qui mortales ad arma inflamment, atque ad mutuum cædem; vnde Orco infertur maxima mellis animarum, Faustus Andrelinus, Deum facit bellorum authorem, dum ita canit:

Perfurit, & totum miscet Mars impius orbem,

Hec diro inuenta est ab Ioue tanta lues.

Neque dubium est, humani generis hostem bella spirare, &, quæ potest, promouere. Sed nihil ille potest, nisi ei frena laxentur è cælo. Si enim neque in vnum Iob potuit tota inferorum potentia manum extendere, nisi potestate à cælo accepta, eaque limitatâ; quanto minùs id poterit in totum aliquem populum? Si capilli capitis nostri omnes numerati sunt, nos ipsi non curabimur? si passerulus vnus non cadet super terram, sine Patre nostro, tot millia hominum in proclijs cadent, Deo ignorante? Vtriusque ergo bella oriuntur, ex Orco, & Cælo. In Cælo decernuntur, in Orco arma cuduntur. Ita pariter & Dei imperio, & dæmonis ministerio classicum canitur. De dæmone non potest ambigi, qui

vt magnam habet iram, ita magna molitur mala, &, si ei annueretur, totum genus humanum euerteret. De Deo clarè id testatur Ieremias, cum ait: *Hac dicit Dominus: Ecce aqua ascendent ab Aquilone, & erunt quasi torrens inundans, & operient terram, & plenitudinem eius, urbem & habitatores eius: clamabunt homines, & clamabunt omnes habitatores terra, à strepitu pompa armorum, & bellatorum eius, à commotione quadrigarum eius, & multitudine rotarum illius. Non respexerunt patres filios manibus dissolutis: pro aduentu dicit, in quo vastabuntur omnes Philistij, & dissipabitur Tyrus, & Sidon cum omnibus reliquis auxilijs suis. Depopulatus est enim Dominus Palaestinos, reliquias insula Cappadocia. Venit caluitium super Gazam: conticuit Ascalon, & reliquia vallis earum: vsquequo concideris? & mure Domini vsquid non quiesces? ingredi in vaginam tuam, refrigerare, & sile. Quomodo quiescet, cum Dominus praeceperit ei aduersus Ascalonem, & aduersus maritimas eius regiones, ibiq; canderis illi?*

Neque